269 St. Vincent St. Birmingham

Jan. 4, 1885.

Domine clarissime,

Fungum cum his litteris inclusum misi, cui in herbario meo nomen <u>Rhopographi biseptati</u> dedi datum. Perithecia autem ejus paulo evolutiora videntur, quam ut in Dothideaceas inscribatur, nec judicare possum quo in genere ~~aptius~~ melius sit collocandus. Visne ergo tu amicissime hanc difficultatem solvere: idcirco summæ gratiæ mihi agendæ erunt. Icones ascorum sporidiorumque additæ.

Salutem ~~dicit~~ W. B. Grove

Descriptionem in pag. alt. videas.

Rhopographus biseptatus, stromatibus linearibus, plurimis, in utraque foliorum pagina parallele gregariis, epidermide hyalina velut tenui velo tectis, 1–1½ mm. long., atris; loculis confertis, subrotundis, subseriatis, ostiolis papillatis prominulis ~~[illegible]~~, pertusis; ascis ovoideo-oblongis, crassis, brevissime stipitatis, 80–100 μ long., 15–16 μ crass.; sporidiis distichis oblongis, utrinque obtusis, biseptatis, ad septa leniter vel vix constrictis, brunneis, 20–25 μ long., 7 μ lat.

In foliis Typhae latifoliae, "Langley Pool" prope Birmingham Britanniae.